

ariam puniret¹. Predictus vero Theodoricus quod proposuerat ad finem² perducere volens cum exercitu suo ad³ Verone civitatem equitare festinavit. Similiter hoc⁴ ab Alboin intellecto⁵ et cognito, ipse cum omni gente sua illi se obviam⁶ prebuit. Cum autem Theodoricus in pradensi campanea sua posuisset castra, Alboin in illis partibus similiter tentoria sua finxit⁷. Et dum per quindecim sic stetissent⁸ dies, timentes inter se commisceri pariter et preliari, Ticinenses concives concivibus⁹ Verone legatos mittentes, cum eis esse¹⁰ utile in colloquio [convenire¹¹] proponentes. Qui cum eis interesse benigne responderunt. Sapientes autem Ticinensis civitatis subdoli et ingeniosi¹² quasi a natura huius modi¹³ proposuerunt verba, dicentes cum eis preliari neque fortunam¹⁴ belli temptare nolentes, affirmantes multa hominum¹⁵ corpora in ipso posse deficere prelio: 'Verumtamen rex vester ac noster rex¹⁶ simul sint preliaturi¹⁵. Si vero rex noster¹⁶ obtinuerit, sit dominus in Italia et terram suam quiete teneat et habeat. Si vero¹⁷ rex vester¹⁷ victoriam habuerit, sit et vocetur¹⁸ dominus in Italia'. Quod ordinamentum firmatum et inter eos statutum utrique placuit parti¹⁹. Terminum quoque preliandi usque ad quindecim statuerunt dies; et sic quelibet²⁰ pars rediit ad castra²⁰. Habito²¹ quoque in castris consilio²¹ a viris prudentibus Ticinensis civitatis, affirmantes duellum²², quod inter reges fieri debebat²³, minime esse facturum absque consensu et voluntate sapientum²⁴ qui ad Ticinensem remanserant civitatem. Quo peracto, illico quosdam viros nobiles ad Ticinensem miserunt civitatem, sapientibus et senioribus, qui²⁵ in ipsa remanserant civitate, que gesta erant in expeditione per ordinem apperierunt²⁶. Statuentes quidem illud bellum non esse facturum, dicentes, si rex eorum illud prelium²⁷ esset perditurum²⁸, quod obprobrium illud ab eis nec ab eorum heredibus aliquo tempore foret²⁹ separaturum. Verumtamen accepto etiam consilio²¹ quendam subdiaconem³⁰ basilice sancti Iohannis in burgo ante eorum

1) Diese Stelle von 'Erat quippe' an ist mit Ausnahme weniger Worte aus Pauli Hist. Lang. II, 3 abgeschrieben, der dasselbe von Narses sagt. 2) 'fidem' E. 3) 'versus' E. 4) Fehlt E. 5) 'in intell.' E. 6) 'oviam' E. 7) So auch oben f. 44^d, unten f. 54^a u. s. w. Hs., anderswo hat freilich auch die Pariser Hs. 'fixit'; 'fixit sua temptoria' E. 8) 'stetisset' E.; 'stet. sic' Hs. 9) 'cū ciuibus' beide Hss.; aber 'Verone cum civ.' E. 10) 'esse — cum eis' fehlt E., der Schreiber sprang von dem ersten 'cum eis' zum folgenden über. 11) Habe ich ergänzt, fehlt in der Hs. 12) 'ingeniosi subdoli' E. 13) 'modo' E. 14) 'fortuna' E. 15) 'similis sint preliari' E. 16) 'vester' E. 17) 'noster' E. 18) 'valeat esse' E. 19) Fehlt E. 20) 'ad sua rediit castra' E., was wohl die originale Lesart ist. 21) 'consilio' E. immer. 22) 'bellum' Hs. 23) 'debeatur' E. 24) 'sapientium' E. 25) 'queque' E. 26) 'aperierunt' E. 27) Fehlt Hs. 28) 'perdicturum' E. 29) 'forte' E. 30) 'subdiaconum' E.